

na actionis percipiant, & apud districtum Judicem...

Signum * Curie Romanae *

PP. ALEX. TERTII.

Signum * Notarii *

Alexandri PP.

Et S. R. E. Card. subscripciones.

- EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subsc. Ego Ubaldus Ostien. Episcopus Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii. Ego Albertus Presb. Cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina. Ego Guillelmus Presbyter Cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula. Ego Petr. Presbyt. Card. sanctæ Pudentianæ tit. Pastoris. Ego Joannes Presbyter Cardinalis tit. sancti Marci. Ego Theodinus Presb. Card. sancti Vitalis tit. Vestinæ. Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Cæcilie. Ego Petr. Presb. Card. tit. S. Susannæ. Ego Jacintus Diac. Card. sanctæ Mariæ in Cosmedin. Ego Cintiùs Diaconus Cardinalis sancti Adriani. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippæ s. Ego Laborans Diac. Cardinalis sanctæ Mariæ in Porticu. Ego Rainerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aur. Datum Anagninæ per manum Gratiani sanctæ R. E. Subdiac. & Notarii, Nonis Julii, Indictione IX. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXVI. Pontificatus Alexandri PP. III. anno XVII.

Dat. die 7. Julii anno Domini 1176. Pontif. anno XVII.

In Concilio. Tom. XIII. de. cit.

Exordium

Approbatio Instituti Ordinis Carthusianorum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Guidoni Priori Carthusiæ, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, in perpetuum, salutem & apostolicam benedictionem.

CUM vos per Dei gratiam multa promereatis gloria meritorum, & vitam solitariam eligentes, divinæ contemplationi arctius intendatis, bonus odor Religionis vestre ad id nos inducit, ut communi & speciali debito quieti vestre debeamus intendere, & jura vestra summo opere conservare. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, vestramque, & alias domos Ordinis vestri, & cum omnibus bonis, pacis, possessionibus, quas impræsentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, & terminos, quos rationabiliter statuistis, vobis & domibus vestris auctoritate apostolica confirmamus. Ad hæc auctoritate apostolica arctius interdici-

Carthusianos sub protectione Sedis Apostolicæ suscipiens, eisdem bona omnia confirmat.

LXXXVIII.

Approbatio Instituti Ordinis Carthusianorum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Guidoni Priori Carthusiæ, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, in perpetuum, salutem & apostolicam benedictionem.

CUM vos per Dei gratiam multa promereatis gloria meritorum, & vitam solitariam eligentes, divinæ contemplationi arctius intendatis, bonus odor Religionis vestre ad id nos inducit, ut communi & speciali debito quieti vestre debeamus intendere, & jura vestra summo opere conservare. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, vestramque, & alias domos Ordinis vestri, & cum omnibus bonis, pacis, possessionibus, quas impræsentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, & terminos, quos rationabiliter statuistis, vobis & domibus vestris auctoritate apostolica confirmamus. Ad hæc auctoritate apostolica arctius interdici-

mus, & sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis infra terminos vestros vel domorum vestrarum, hominem capere, furtum, seu rapinam committere, vel homicidium facere audeat, aut homines ad domos vestras venientes, vel ab eis redeuntes, quomodolibet conturbare, ut ob reverentiam Dei, & locorum vestrorum infra hos terminos, non solum vos & fratres vestri, sed etiam alii, plenam pacem habeant & quietem. Adjicientes quoque statuimus, ut infra dimidiam leucam a terminis possessionum, quas habetis, nulli religioso liceat, quodlibet ædificium constituere, vel possessiones acquirere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, vos super possessionibus vel pacis vestris temerè perturbare, aut super his vobis molestiam vel gravamen inferre, vel eas ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica secularive persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

- EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus s. Ego Ubaldus Ostien. Episc. s. Ego Joannes SS. Joannis & Pauli Presbyter Cardinalis s. Ego Albertus Presb. Card. tit. sancti Laurentii in Lucina s. Ego Guill. Presb. Card. S. Petri ad Vinc. s. Ego Boso Presb. Card. sanctæ Pudentianæ s. Ego Joannes Presb. Card. tit. sancti Marci s. Ego Theodinus Presb. Card. tit. sancti Vitalis s. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Susannæ s. Ego Jacintus sanctæ Mariæ in Cosmedin. Diac. Card. s. Ego Cintiùs Diac. sancti Adriani s. Ego Ugo Card. Diac. sancti Eustachii juxta templum Agrippæ s. Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu s. Datum Anagninæ per manum Gratiani, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi & Notarii, IV. Nonas Septembris, Indictione IX., Incarnationis Dominicæ anno MCLXXVI. Pontificatus verò D. Alexandri Papæ III. anno XVII.

Immanitatem, quam ecclesiasticam vocant, infra eorum domus sine concesso.

ae intrâ eodem quancumque construi domum prohibet.

Decretum pro indemnitate honoraria hujusmodi.

Solus clausula penales.

Alexandri PP. subscripsit.

Dat. die 4. Septemb. anno Dom. 1176. Pontif. anno XVII.

LXXXIX.

Bona omnia Veronenfis Ecclesiæ confirmantur Capitulo, & Canonicis: addito decreto, quod absque sanioris partis consensu alienari non possint.

Ex Tabulario Ecclesiæ hujus edicti Ugbelli Ital. Sac. ubi de hac Ecclesiâ.

Exordium.

Ecclesiâ Veronen. sub protectione Sedis Apostolicæ recipiens

Bona ad eam pertinentia, Capitulo, & Canonicis confirmat.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Riprando Archipresbytero Veronenfis Ecclesiæ, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris Canonicis substituendis, in perpetuum.

Officii nostri nos admonet & invitât auctoritas, pro Ecclesiâ statu satagere; & earum quieti & utilitati; conveniens esse dignoscitur, ut qui ad earum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas, & a pravorum hominum nequitia tueamur, & beati Petri atque Apostolicæ Sedis patrocinio muniamus. Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam Ecclesiâ, in qua divino mancipati estis obsequio prædecessorum nostrorum Callisti, & Innocentii, Romanorum Pontificum, vestigiis inhaerentes sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesiâ impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiâ scilicet S. Georgii, sancti Joannis Baptistæ, sancti Clementis, sanctæ Cæcilie, S. Faustini, S. Firmi in Cappella, & sancti Pauli in Burgo. Ecclesiâ sancti Joannis Baptistæ in Valle, Monasterium sancti Michaelis in Campanea, sancti Joannis Baptistæ in Quintiano, Ecclesiâ sancti Petri in Carnario, sancti Pauli de Pruno, & omnium Sanctorum de Novariis, sanctæ Mariæ de Turano, sancti Cassiani & omnium Sanctorum de Martiana, sancti Pancratii, sancti Georgii in Salsis, sancti Michaelis de Carmisino, sancti Faustini de monte Draconis, sancti Prothocimi cum decima, sancti Ambrosii de Casali-alto, villam Quinti, & locum, qui dicitur Villa, & Lusam cum Ecclesiis & decimationibus earum. Castella verò & villas vestras vobis nihilominus confirmamus, videlicet Cerreta, Erbetum, Fagnanum, Ponteposserum, Pradellas cum cappella, Englare dimidium, Biunde, Porcille, Tresolanum, Gretiana, Martiana, Pullianum, & medium Romagnanum, Pruno, Calmasinum: In Comitatu Trid. Bergusium, Bundo, Bulbeno, Badabiones cum cappella, silvam etiam, quæ dicitur Colegaria, cum piscariis, & tertiam partem memoris, quod dicitur Budaugnano, & palatium cum porta sancti Zenonis, oblationem etiam dimidiam Monasterii sancti Zenonis in singulis festivitibus ejusdem Confessoris a diluculo usque ad horam, tertiam: decimam quoque civitatis, & portæ sancti Zenonis, & burgi: justas autem consuetudines vestras a prædecessoribus nostris vobis confirmatas concedimus illibatas auctoritate apostolica conservari. Præcipimus etiam, ne quis ve-

strum absque communi omnium consensu, vel partis consilii sanioris, bona, redditus, vel possessiones Ecclesiæ vestre alicui personæ dare præsumat. Quæ autem indebite data vel destructa sunt, ad jus & dominium vestrum liberè revertantur. Decimas vero de propriis laboribus vestris, seu etiam redditibus, a vobis exigere vel suscipere laicorum nemo præsumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiâ temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, justis omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hæc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

- EGO ALEXANDER Catholicæ Ecclesiæ Episcopus s. Ego Ubaldus Ostienfis Episcopus s. Ego Gualterius Albanensis Episcopus subsc. Ego Conradus Moguntin. Archiep. & Sabinensis subsc. Ego Bernardus Portuensis, & S. Rufinæ Episcopus s. Ego Manfredus Prenestinus Episc. s. Ego Hildebrandus Presb. Card. Basilicæ duodecim Apostolorum s. Ego Joannes Presb. Cardinalis tit. Sanctæ Anastasiæ s. Ego Theodinus Presb. Card. S. Vitalis tit. Vestinæ s. Ego Jacintus S. Mariæ in Cosmedin Diac. Cardinalis s. Ego Ardicio Diaconus Cardinalis tit. S. Theodori s. Ego Cintiùs Diac. Card. S. Adriani s. Datum Ferrariæ per manum Gratiani sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subd. & Notarii, Kalen. Maii Indict. X. Incar. Dom. anno MXCLXXVII. Pontificatus verò Domni Alexandri Papæ III. anno XVIII.

Eadem sine majoris Capituli partis consensu alienari non potest declarat.

Solium Decretum immunitatis, ac que observantia hujusmodi privilegii.

Alexandri PP.

Et S. R. E. Card. subscripciones.

Dat. die 1. Maii anno Dom. 1177. Pontif. anno XVIII.

X C.

De pace cum Friderico Imperatore Venetiis inita, ejusque absolutione.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, Rogero Eboracensi Archiepiscopo Apostolicæ Sedis Legato, & Ugoni Dunelmensi Episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Exigunt gratissimæ devotionis obsequia, quæ nobis & Ecclesiæ, tam devotè quam laudabiliter exhibuisse noscimini, ut felices successus Ecclesiæ vobis, sicut specialibus & devotis Ecclesiæ filiis spiritualibus, describamus; cum dignum sit & conveniens, & honestum, ut quos ita habuimus in nostra devotione firmos & stabiles, de prosperitate nostra & ipsius Ecclesiæ reddamus hilares & gaudentes. Agite itaque, unâ nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis, & humilia respicit de supernis, de cujus munere venit, ut Sponsa sua, sacrosancta Ecclesia, diu graviter procellosis fluctibus & validissima tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attigerit, & pacatis sevientibus procellis, debita & desiderata tranquillitate letetur.

Sanè duodecimo Kal. instantis mensis Augusti, de mandato carissimi in Christo filii nostri Friderici illustris Romanorum Imperatoris, presentibus Principibus Ecclesiasticis, & etiam secularibus Teuthonici Regni, publicè in animâ ejus, in præsentia nostra, coram numerosa hominum multitudine præstiterunt, tactis Sacrosanctis Evangelii, juramentum, quod postquam idem Imperator veniret Venetias, omni quæstione & contradictione sopita, pacem Ecclesiæ, sicut per Fratres nostros & Principes suos disposita est & tractata, & pacem carissimi in Christo filii nostri Willelmi illustris Siciliæ Regis usque ad quindecim annos, & treguam Longobardorum usque ad sex annos, in anima sua, & etiam a Principibus suis faceret, sicut in scripto pacis & treguæ continetur, juramento firmati. Et Principes Teuthonici Regni, scilicet venerabiles fratres nostri Magdeburgensis, Colonienfis, & Christianus dictus Moguntinus, Archiepiscopi, & quidam alii in animâ sua pro se jurare fecerunt.

Nono verò Kalend. Augusti præfatus Imperator, sicut tractatum fuerat & dispositum, venit ad Ecclesiam B. Nicolai, quæ per unum milliari distat a Venetiis, & ibi tam ipse quam Archiepiscopi, Episcopi, & alii Principes Teuthonici Regni, abrenunciantes schismati, per fratres nostros Episcopos & Cardinales de mandato nostro, presentibus quibusdam aliis, absolutionis beneficium meruerunt.

Deinde venerunt Venetias, & ibi ante Ecclesiam B. Marci prædictus Imperator, innumera multitudine virorum & mulierum præsentè, & alta voce reddente gratias & laudes Altissimo, nobis sicut Summo Pontifici obedientiam, & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit; & recepto a nobis pacis osculo, nos devotè dextravit, & cum reverentia, qua decuit, & devotione, usque ad altare in Ecclesiam introduxit.

Cerrioratio felicit succesus Paas;

Que die 21. Julii firmata fuit cum Principibus Friderici Imperatoris;

Et die 24. idem Imperator schismati renunciavit, & absolutus fuit

Obedientiam que huc summa Pontifici exhibuit.

Sequenti verò die, in festo B. Jacobi, ab eodem Imperatore rogati, ad prædictam Ecclesiam S. Marci solemniter celebraturi Missarum, accessimus. Et nobis illuc venientibus præfatus Imperator extra Ecclesiam obviam venit, & dextro latere nostro devotè suscepto, nos in Ecclesiam introduxit. Et peractis Missarum solemnibus, nos usque ad ipsius Ecclesiæ portam dextravit. Et cum ascenderemus palefretum nostrum ibi paratum, stapham tenuit, & omnem honorem & reverentiam nobis exhibuit, quam prædecessores ejus nostris consueverunt antecessoribus.

Erit itaque sollicitudinis vestræ, nobis & Ecclesiæ in prosperis successibus congaudere, & effectum pacis alius devotis Ecclesiæ filiis aperire, ut hi, quos zelus Domus Domini tangit, de pacis munere divinitus dato, in Domino gaudeant, & exultent.

Dat. Venetiis in Rivoalto VII. Kal. Augusti.

X C I.

Decretum, quod Moniales de Swina, & de Cotum exemptè omnino sint a solutione decimarum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Eboracensi Archiepiscopo, & dilecto filio Lincolnienfi Episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Significaverunt nobis dilectæ filiæ nostræ Moniales de Swina, & de Cotum, quod cum eis, sicut fratribus Cisterciensis Ordinis, indultum sit de clementia Sedis Apostolicæ, ut de laboribus suis, quos propriis manibus vel sumptibus excolunt, nemini decimasolvere teneantur; quidam ecclesiastici viri capitulum ipsum, prava & sinistra interpretatione perverterunt, afferentes, labores novalia intelligi; & sic contra privilegium Apostolicæ Sedis prædictæ Moniales decimarum exactione gravantur. Quoniam igitur horum interpretatio ab intellectu nostro & aliorum, qui id sanè intelligere volunt, est penitus aliena, cum secundum capitulum illud a solutione decimarum, tam de terris, quas deduxerunt ad cultum, quam etiam de terris cultis, quas ipse propriis manibus vel sumptibus excolunt liberæ sint & immunes, fraternitati vestræ & discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus a prædictis Monialibus, quæ in Episcopatibus vestris consistunt, de laboribus vel de terris suis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, decimas nullatenus exigatis: nec ab aliquibus exigere permittatis: quia non est conveniens nec honestum, ut contra privilegia Sedis Apostolicæ veniantur, quæ obtinere debent inviolabilem firmitatem. Si qui autem clerici vel laici contra privilegia Sedis Apostolicæ eas decimarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis sententia percussatis; & clericos, contradictione & appellatione cessante, ab officio suspendatis, & tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari.

Dat. Venet. in Rivoalto IV. Nonas Augusti.

Ac subsequente die 25. idem Pontifex solemniter Missam celebravit, & Imperator assistit, & reverentiam præstitit.

De ea ergo zelatores Domus Dei congaudentes, Deoque gratias agere debent.

Dat. die 26. Julii anno Dom. 1177.

Ex Tom. II. Monast. ad. 614.

Decreti causa

Decretum & explicatio hujusmodi Privilegii.

Dat. die 2. Augusti anno Dom. 1177. Pontif. anno XVIII.

Con-

X C II.

Confirmatio bonorum omnium Monasterii Monialium S. Mariæ de Moliano Tarvisinæ Diocesis, ac nonnullorum privilegiorum atque immunitatum nova concessio.

Ex Monast. hujus Tabulario editit Nic. Coletus in nov. edit. Ital. Sac. T. V. coll. 527.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectus in Christo filiabus. Abbatissæ Monasterii sanctæ Mariæ de Moliano, ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Prudentibus Virginitibus, quæ sub habitu Religionis accensis lapidibus per opera sanctitatis jugiter se preparant ire obviam. Sponsæ, Sedes Apostolica debet præsidia impertiri, ne fortè cujuslibet temeritatis incurssis, aut eas a proposito revocet, aut robur, quod abicit, sacra Religionis infringat. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium vestrum, in quo divino mancipatæ estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus: lu primis siquidem statuantes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti regulam, in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; Præterea quascumque possessiones, quascumque bona idem Monasterium impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & his, quæ post vos successerint, & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, curtem de Caurignaco cum cappella ibi fundata & cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus, & cum terra, quæ dicitur Agugnana, cappellam sancti Petri, quæ sita est in firata in loco, qui dicebatur Sarmacia, cum tota terra, quæ olim bo. mem. Roza Tarvisinus quondam Episcopus vobis in elemosynam contulit, villam, quæ vocatur Cavasagra, cum omnibus suis pertinentiis, cappellam sancti Viti de Pezano cum omnibus suis pertinentiis, cappellam sancti Teunisti in Tarvisio cum omnibus pertinentiis suis, cappellam sancti Donati de Gardignano cum omnibus suis pertinentiis, cappellam sancti Teunisti de Campocruvis cum omnibus suis pertinentiis, cappellam sancti Georgii de Marcone cum omnibus suis pertinentiis. Sanè novaliam vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas præsumat exigere. Sepulturam quoque loci ipsius liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstet: salvâ tamen justitiâ illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Licet præterea vobis, personas liberas & absolutas a sæculo fugientes ad conversionem vestram recipere, & eas absque ullius contradictione in vestro Collegio retinere. Ad hæc li-

Moniales sub protectione Sedis Apost. recipiunt.

Bona omnia ad Monaster. specificia confirmat.

Nonnulla. et largitur privilegia.

Bull. Rom. Tom. II.

bertates & immunitates, a Romanis Imperatoribus & Tarvisinis Episcopis Monasterio vestro rationabiliter indultas, & antiquas & rationabiles consuetudines ejusdem Monasterii integras & illibatas præfati decreto manere sancimus; & ea, quæ præfati Imperatores & Episcopi præscripto Monasterio in perpetuum elemosynam concesserunt, sicut ipsa justè possidentis, eidem Monasterio auctoritate Apostolica duximus confirmanda. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbatissa, vel earum qualibet tibi succedentium, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præonatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam præviderint eligendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur &c.

EGO ALEXANDER Catholica Ecclesiæ Episcopus. Ego Jo. Presb. Card. tit. S. Anastasiæ ss. Ego Boso Presb. Card. S. Pudentianæ tit. Past. ss. Ego Theodinus Presb. Card. S. Vitalis tit. Vest. ss. Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ ss.

Datum Venetiis in Rivoalto, per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii, VIII. Id. Octobr. Indict. XI. Incarn. Dom. an. MCLXXVII. Pontificatus verò Domni Alexandri Pape III. anno XIX.

X C III.

Confirmatio bonorum omnium Ecclesiarum, Monasteriorum ad Aquilejensem Ecclesiam pertinentium, ac jurisdictionis in sexdecim ei subiectis Episcopatibus.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Valrico Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ, ejusque successoribus canonicè instituendis, in perpetuum.

Licet omnium Apostolorum par esset dilectio, & omnes ligandi & solvendi eandem acceperint potestatem; juxta verbum tamen beati Leonis, velut quedam servata est juxta eos distinctio dignitatis; & uni datum est, ut cæteris præficeret: Inque eundem utique modum in Ecclesia Dei officiorum facta est, dignitatumque diversitas, & ad majores sunt statuta personæ, quæ & prerogativa dignitatis eminent, & aliarum curam habeant amplioem. Unam verò de dignioribus & nobilioribus Ecclesiis Occidentis ab antiquis temporibus Aquilejensem constat Ecclesiam extitisse, quæ & excellentia dignitatis emicuit, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ fideliter & devotè noscitur adherere. Unde & Apostolica Sedes eidem Ecclesiæ semper jura & dignitates suas conservavit attentius, & Prelatos ipsius propensius honoravit, & justas postulationes

Immunitates omnes, ac Pontificias Imperialesque concessiones raras habet.

Abbatissam a Monialibus tantummodo eligi statuit.

Decretum. L. roborationis hujusmodi Privilegii.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. sub. scriptos.

Dat. die 18. Octobr. anno Dom. 1177. Pontif. anno XIX.

Edicti Ughel. Ital. Sac. Tom. V. ubi de hac Eccles.

Quare inter Ecclesiasticos diversi sunt gradus.

Aquilejensis Ecclesia ex Nobilioribus Occidentis.

L I I

nes